

CICERONE

54 Rep. 2.17.31: *Mortuo rege Pompilio Tullum Hostilium populus regem interrege rogante comitiis curiatis creavit, isque de imperio suo exemplo Pompili populum consuluit curiatim. Cuius excellens in re militari gloria magnaetque extiterunt res bellicae, fecitque idem et saepsit de manibus comitium et curiam constituitque ius, quo bella indicerentur, quod per se iustissime inventum sanxit fetiali religione, ut omne bellum, quod denuntiatum indictumque non esset, id iniustum esse atque inpium iudicaretur.*

52 Leg. 3.3.9: *Imperia, potestates, legationes, quom senatus creverit populusve iusserit, ex urbe exeunto, duella iusta iuste gerunto, sociis parcunto, se et suos continente, populi <sui> gloriam augento, domum cum laude redento.*

44 Off. 1.12.38: *Cum vero de imperio decertatur belloque quaeritur gloria, causas omnino subesse tamen oportet easdem, quas dixi paulo ante iustas causas esse bellorum.*

54 Rep. 3.23.35: da Isidoro di Siviglia - *Quattuor autem sunt genera bellorum: id est iustum, iniustum, civile, et plus quam civile. Iustum bellum est quod ex praedicto geritur de rebus repetitis aut propulsandorum hostium causa. Iniustum bellum est quod de furore, non de legitima ratione initur. De quo in Republica Cicero dicit: «Illa iniusta bella sunt, quae sunt sine causa suscepta. Nam extra ulciscendi aut propulsandorum hostium causam bellum geri iustum nullum potest». Et hoc idem Tullius parvis interiectis subdidit: «Nullum bellum iustum habetur nisi denuntiatum, nisi dictum, nisi de repetitis rebus».*

In conclusione, la frase originale del *De re publica* doveva risultare pressappoco così: «*Illa iniusta bella sunt, quae sunt sine causa suscepta. Nullum bellum iustum habetur nisi denuntiatum, nisi dictum, nisi de repetitis rebus*», escerpando «*Nam extra ulciscendi aut propulsandorum hostium causam bellum geri iustum nullum potest*», che deve ricondursi alla penna di Isidoro[23].